



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22., tízszer egy
éven. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Albertus e comitibus Apponyi †

Omnis Hungaria repentina¹ ac irreparabilis² clade³ afflita luget. A. d. VII. Id. Februarias laetifero⁴ morbo absumptus est⁵ nobis Albertus e comitibus Apponyi, summum praesidium et dulce decus nostrum! Luctu ac dolore perculsi quaerimus: «Quis desiderio sit pudor aut modus tam cari capit?» et lamentamur: Domine, Domine, cur nos contrastasti⁶ et cur conturbas⁷ nos?» Iusto iure autem deploramus obitum talis viri, qui Catholica fide imbutus,⁸ Ciceronis eloquentia ornatus, Platonis sapientia doctus omnes fere virtutes humanas coniunxerat, quibus praeditus ita totius vitae suae rationem⁹ institerat,¹⁰ ut quo longius aetate provectus esset,¹¹ eo altius prae oculis civium suorum assureret. Iam adulescens rem publicam¹² adiit¹³ ablegatusque¹³ in conventu¹⁴



publico¹⁴ regni¹⁴ creatus est. Ab hoc tempore omne suum tempus patriae transmitendum putavit. Versabatur autem in hoc negotio tanta industria,¹⁵ tanta prudentia, tanta innocentia,¹⁶ tanta denique animi magnitudine, ut hac indole¹⁷ ingenioque¹⁷ omnes fere aequales¹⁸ superaverit. Magistratus¹⁹ publicos¹⁹ non, nisi e²⁰ república²⁰ suscepere. Bis enim publicae²¹ educationi²¹ administrandae²² praearerat, praeterea nullo publico²³ munere²³ functus est, sed totum se per sexaginta annos forensi²⁴ vitae²⁴ et ablegati officiis dedidit. Facile autem intelligitur ex hoc

¹ váratlan ² helyrehozhatatlan ³ veszteség ⁴ halálos ⁵ elragad ⁶ megszomorít ⁷ kétségejt ⁸ előtölt ⁹ cél ¹⁰ herendez ¹¹ halad ¹² politikai pályára lép ¹³ képviselő ¹⁴ országgyűlés ¹⁵ szorgalom ¹⁶ önzetlenség ¹⁷ szellemi tulajdonságok ¹⁸ kortárs ¹⁹ állami hivatal ²⁰ közérdékiből ²¹ közoktatás ²² intéz ²³ állami hivatal ²⁴ közélet.

forensi²⁵ usu²⁵ et quotidiana dicendi exercitatione,²⁶ quae consuetudine speciosa linguarum, in his Latini sermonis quoque notitiā amplificata est, miram quandam et prope inauditam facundiam²⁷ ortam esse. Cum vero patria bello²⁸ gentium²⁸ collapsa²⁹ requireret³⁰ virum, cui potissimum cura negotiorum³¹ Hungarorum Genavae,³² in conventu³³ foederis³³ gentium³³ mandaretur,³⁴ nemini dubium erat, quin Apponyi solus tantae rei³⁵ gerendae³⁵ par esset.³⁶ Agebat³⁷ vero causam nostram tanta auctoritate et dignitate, tantaque persuasione,³⁸ ut in dies magis exterorum populorum quoque admirationem moverit. Monuit etiam delegatos³⁹ nationum pacem diuturnam non unquam firmari posse, nisi iniuriae pacti Trianonensis aliorumque repararentur. Nunc quoque eodem se contulit, ut in congressu⁴⁰ de minuendis⁴⁰ armis⁴⁰ habitu semierni⁴¹ patriae aequata cum victoribus iura posceret. At, heu non contigit⁴² iam ei rostra⁴³ attingere.⁴³ Obmutuit⁴⁴ propugnator et interpres⁴⁵ veritatis nostrae. Succubuit,⁴⁶ sicut fortissimus miles, neque retineri potuit, quominus officia suscepta praestaret. Merito ergo heroum⁴⁷ mortem⁴⁸ pro patria obiisse⁴⁸ dicitur.

Reliquit tamen nobis hereditatem⁴⁹ omnium ditissimam:⁵⁰ vitae exemplum et spem recuperandae⁵¹ integrae patriae certissimam. Qua re immortalitatem assecutus est. Penitus⁵² ergo memoria eius et cordibus et annalibus⁵³ nostris inhaebitur,⁵⁴ neque unquam evanescet.⁵⁵ A. Friml.

²⁵ közéleti szereplés ²⁶ gyakorlat ²⁷ ékesszólás
²⁸ világháború ²⁹ összeomlik ³⁰ keres ³¹ ügy ³² Genf
³³ népszövetségi gyűlés ³⁴ rábít ³⁵ feladat ³⁶ megfelel ³⁷ véd ³⁸ megygyőződés ³⁹ megbizott ⁴⁰ lesz-relési konferencia ⁴¹ lefegyverzett ⁴² jut ⁴³ szószékre lépni ⁴⁴ elnémül ⁴⁵ szószóló ⁴⁶ elesik ⁴⁷ hős ⁴⁸ meghal ⁴⁹ örökség ⁵⁰ gazdag ⁵¹ visszaszererez ⁵² mélyen ⁵³ évkönyv, történelem ⁵⁴ bevésődik ⁵⁵ elenyészik.

Multum est non corrumphi divitiarum¹ contubernio.¹ Magnus ille, qui in divitiis pauper est.

¹ a gazdagság társaságában.



Ursus et apes.¹

Ursus mel apum sibi vindicavit.²

— Causam obtinebo³ — inquit apibus, — sed si mecum depacisci⁴ cupitis, dimidia parte mellis vestri contentus ero.

— Apage hinc, urse! — fremunt⁵ apes. — Non tu in melle congerendo laborasti.

— Date igitur quartam partem — clamat ursus.

— Facesse⁶ hinc, dum bene tibi est! — Date partem octavam. — Aculeum⁷ tibi, impudens!⁸ — Date vel minimum, quod gustem:⁹ mel enim meum stomachum maxime sollicitat.¹⁰ — Nil dabimus. Apage!

Ursus tardo gradu¹¹ murmurans discedit. Sed vesperi limum¹² ferens advenit et in arborem enititur¹³ exitumque¹⁴ apum delutat.¹⁵ Ita mel totum male consequitur.

Lupus et asinus.

Lupus exiit agnum furatum. Iam gregi appropinquabat, cum opilionem vespertinam cantilenam¹⁶ suaviter fistulā canere¹⁷ audivit. In fossam se recipit et maximo gaudio elatus¹⁸ vocibus insolitis aures adhibet.¹⁹ Ut cantus tristis esse coepit, lacrimae ei oboriuntur et ferum pectus commovetur. Asinus ad fruticem²⁰ iacens et attente lupum observans secum murmurat:

— Quid, si hanc animi commotionem²¹ et lacrimas raptoris ad rem²² ovium inopum convertam?²²

Et ad insidias lupi aggreditur.

— Fistula mei heri — inquit — frater, lacrimas ex oculis tuis elicuit.²³ Ubi pulchritudo ardorem excitat, ibi animum etiam generosum esse oportet. Ini ergo cum ovi-bus amicitiam et desiste²⁴ eas strangulare.²⁵

— Hei, asine, asinina verba facis! Equidem laetus heri tui fistulam audio, sed agnum libentius devoro.

Val. Fehér.

¹ mér ² jogot tart ³ megyer ⁴ alkuszik ⁵ züg ⁶ takarodj! ⁷ fullánk ⁸ szemtelen ⁹ megkóstol ¹⁰ mézre éhezik ¹¹ cammogva ¹² iszap ¹³ mászik ¹⁴ kijárás ¹⁵ betapaszt ¹⁶ dall ¹⁷ tilinköz ¹⁸ elragadtatva ¹⁹ hallgat ²⁰ bokor ²¹ megindultság ²² hasznára fordít ²³ kicsal ²⁴ megszűnik ²⁵ megfojt.

Peregrinationes et rusticationes Austriacae. (4.)

Scripsit Carolus Acs.

Oppidum autem Admont situm est in valle Anisi montibus altissimis circum undique coronatum. Coenobium adiacet montibus. Conditum vero esse fertur a. 1074. Inde per casuum tristium et laetissimorum vicissitudines¹ usque ad nostram memoriam perviguit atque viget hodieque. Est autem coenobium monachorum ordinis S. Benedicti, qui in gymnasio puerorum docendorum munus obeunt. Aedium coenobialium, quae a. 1865. paene totae deflagraverant, vix aliqua pars ab incendio integra relicta est ita, ut antiqua structurae² forma³ vix apparet. Aedes³ sacra, ³ quae coenobio adstructa est, omnia fere structurarum genera experta est a romanensi usque ad baroccum, quod dicitur, donec consumpta incendio genere structurae gothico renovata est.

Sed coenobii pulcherrima pars est bibliotheca, quae paulatim in eam abiit formam et speciem, qualis nostris temporibus est. Abbatibus Antonio (1748—1751) et Mattheo (1751—1779) tecti⁴ camerati⁴ lacunaria pictor Altomonte venustis picturis, allegoriis, sculptor autem Stammel statuis summo artificio factis exornavit. Parietibus circumcirca inserta sunt scrinia,⁵ quibus libri continentur, quorum in Bibliotheca Admontensi nonaginta quattuor milia sunt. In scriniis media in bibliotheca collocatis insunt codices manu scripti imaginibus et litteris initialibus lepidissime ornati atque complures libri primitus⁶ typis⁶ exscripti⁶ visitantibus praesto sunt ad contemplandum. Asservatur etiam magna vis rerum naturalium ut metallorum, bestiarum et avium effertarum, insectorum atque stirpium, quae digna sunt cognitu.

Admontensi coenobio considerato iter pereximus, ut per montes, qui vocantur Gesäuse transvecti Vindobonam perveniremus. Anisus, qui in latissima Admontensi valle mediocri velocitate fertur, relicto Admonto in fauces sese ingurgitans⁷ gurgitibus aestuantibus volvit, eniusque fauces in planitem effluit tandem, ut se fluctibus Danubii

admisceat. Loca edita, inter quae Anisi vallis extenduntur, appellantur Gesäuse, quorum horrore simul et amoenitate multitudo hominum montivagorum aestate invitatur.

Iamvero relictis montibus Gesäuse via ferrata ad Vindobonam versus ferenti profecti advenimus in oppidum Weidhofen an der Ibbs. In hoc vetustate et amoenitate loci grato oppido biduo consumpto iam oram Danubii legentes⁸ in oppidum Melk ad Danubium situm pervenimus. Melk in exitu vallis Danubiana, quae Wachau vocatur, montibus et saltibus non ita altis cinctum in ripa Danubii longissime porrigitur. Melk est



Bibliotheca coenobii monachorum O. S. B. in oppido Admont.

autem oppidum antiquum, cuius iam in carmine Nibelungio mentio fit. Maxime vero celebratur propter nobile coenobium, quod in saxo ad Danubii ripam procurrenti vasta⁹ aedium⁹ mole⁹ eminens Danubii fluctus prospectat. Est autem coenobium Melkense in eunte saeculo duodevicesimo auctore abate Bertholdo Dietmayr ab architecto Iacobo Prandtauer barocca structura illius aetatis propria luculentissime dissignatum¹⁰ et descriptum.¹⁰ Totum aedificium coenobii constat ex pluribus inter se areis coniunctis, quarum quae pulcherrima, Praelatura dicitur, et tabulis magnificentissime pictis est distincta. Iam memoratu digna sunt porticus 196 metra longa, Praelatura salutatorium,¹¹ cuius parietes marmore teguntur, conclave

¹ változat ² építési mód, stílus ³ templom ⁴ bolt-hajtás ⁵ szekrény ⁶ első nyomtatványok ⁷ behömpölgyök ⁸ érintve, mellette haladva ⁹ hatalmas épület-tömeg ¹⁰ tervezete ¹¹ fogadószoba.

marmoreum eximia arte nitidissime exornatum, in quo sollempnia¹² celebrantur.

Cui similiter structa est bibliotheca, cuius plane cameratum laquear opere¹³ tectorio¹³ ornatum multum venustatis decorisque habet. In scriniis in media bibliotheca positis



Bibliotheca Melkensis.

complures cernuntur pretiosissimi codices manu scripti ut Bedae Venerabilis de sex aetatibus mundi saeculi IX., Annales Melkenses, Vergilii et Boethii saeculi X., Horatii saeculi XII., Psalterium imaginibus et litteris initialibus distinctum, Coranus cum Vindobona a Turcis obsideretur, praedatus. Omni bibliotheca continentur 80.000 voluminum. Aedes sacra coenobii est barocco structurae genere aedificata, intus ornamentis baroccae aetatis in modum ornata. Coenobium Melkense habet sacerdotes O. S. B., qui ut Admonti, pueris docendis vacant:

Postquam duce et monstratore magistro ordinis haec omnia diligentissime consideravimus, via ferrata Vindobonam profecti sumus ibique biduum morati tandem post longos errores patrii soli cupientissimi¹⁴ a. d. VIII. Kal. Septembres Budapestinum revertimus. *(Finis.)*

¹² ünnepségek ¹³ freskó ¹⁴ erősen sóvárogva.

Quidam se domi contrahunt, dilatant¹ foris et extendunt²: vitium est haec diversitas³ et signum vacillantis animi ac nondum habentis tenorem⁴ suum.

¹ kiterjeszkednek ² pöffeszkeknek ³ más-más viselkedés ⁴ kellő irányá.

Marci Chronica de gestis Hungarorum.

«Si unus quidam scriptor barbarus, nomine Marcus, maiorum nostrorum originem ac res gestas in adversaria¹ non rettulisset», — ait *Ioannes Decius Barovius*,² scriptor saeculi decimi sexti doctissimus in praefatione Synntagmatis sui Institutionum Iuris Imperialis ac Ungarici,³ — «peregrini certe ac hospites in ipso natali solo esse cogeremur. Ex eo enim Turocius materiam scribendi sumpsit omnem». Quanti sint momenti Marci Chronica, iam haec Io. Decii verba satis ostendunt, cum praesertim libri illi chronicorum, prioribus saeculis et, ut verisimillimum est, iam tempore Sancti Stephani regis conscripti (ad hos enim spectant «Annales chronicorum», quorum mentionem *Anonymous*, Belae regis notarius in capite septimo opusculi sui fecit), temporum iniquitate iam saeculo XII. omnino perierint.

Magna esse itaque eius de historia merita nemo in dubium vocabit, etiamsi chronicorum suorum Marcus non auctor, sed librarius⁴ solum fuerit, qui rerum continuitatem⁵ servaret. Et scripserit, licet «barbare et poëticæ» — secundum Decii arbitrium, — at monumenta historiae antiqua fideliter suscepit⁶ tradiditque posteritati.

Iam fontes, unde materia sumpta est, hi sunt: Simonis de Kéza de gestis Hunnorum et Hungarorum chronica breviariumque opusculi genealogici,⁷ his chronicis adiunctum, tum carmina iocularia et narrationes coaequalium, uti tota Petri regis historia. (Capp. 43—48.) Mythicae illae narrationes de nativitate⁸ Almi ducis (c. 11.), de regno a Zuatapolugio redempto⁹ (c. 13.), de duce Leel (c. 33.), de certamine singulari Botondi ante urbis Byzantinae portas (c. 34.) etc. originem certe e cantilenis¹⁰ popularibus duxerunt. Nonnullae partes e Legendis Sanctorum (e. gr. de rege Stephano Primo [c. 35.], vita S. Emerici ducis [c. 35.], martyrium Gerardi [c. 47.]) narrantur.

¹ jegyzetek, napló ² Baranyai Decsi János ³ a magyar és a római jog összehasonlításáról szóló művében ⁴ másoló, leíró ⁵ fennmaradás ⁶ átvesz ⁷ a nemzetiségek eredetével foglalkozó mű ⁸ születés ⁹ megvásarlás ¹⁰ ének, dal.

Ex his fontibus concinnatum¹¹ opus res gestas Hungarorum a prima gentis origine usque ad annum 1330. continet.¹² E Chronicis excerptissimus¹³ specimina,¹⁴ quae sequuntur:


Prima origo dilatationis Hungarorum in oriente Scythiae. (Cap. 2.)

Accidit autem dierum una venandi causa illos (Magor et Hunor) perrexisse,¹⁵ quibus in deserto¹⁶ cum cerva occurrisset, in paludes Maeotidas illam insequentes¹⁷ fugit ante eos cumque ibi ante eos prorsus¹⁸ evanisset,¹⁹ diu*'ius* requisitam nullo modo invenire potuerunt. Peragratis²⁰ tandem paludibus memoratis²¹ pro armentis nutriendis ipsam conspexerunt opportunam; deinde ad patrem redeentes, ab ipso licentia²² impretrata²³ cum rebus omnibus paludes Maeotidas pro armentis nutriendis intraverunt moraturi.²³ Regio quidem Maeotida Persiae patriae est vicina, quam undique praeter vadum unum Pontus gyrovallat²⁴ fluvii currentibus, herbis, silvis, piscibus, volucribus et bestiis copiatur;²⁵ aditus illic difficilis et exitus.

Paludes ergo Maeotidas adeuntes quinque annis ibidem immobiliter²⁶ permanserunt; anno vero sexto exeuntes in deserto loco sine mari bus in tabernaculis²⁷ permanentes²⁸ uxores ac filias filiorum Bereka, cum festum²⁹ tubae²⁹ colerent²⁹ et choreas ducerent, ad sonitum symphoniae casu reppererunt, quas cum earum rebus in paludes Maeotidas rapinis celeribus deduxerunt. Haec fuit prima praeda post diluvium.³⁰ Accidit autem Dulae principis Alanorum in illo proelio, inter illos pueros duas filias comprehendendi,³¹ quarum unam Hunor, aliam Magor sibi sumpserunt in uxores, ex quibus mulieribus omnes Huni sive Hungari originem sumpserunt.

Factum est autem, cum diutius in paludibus Maeotidas habitassent, in gentem validissimam crescere cooperunt, nec eos capere ipsa regio poterat aut nutrire. Exploratoribus igitur abinde in Scythiam destinatis,³² scrutinii³³ astutia subtilissima Scythiae regione explorata cum pueris et armentis ipsam patriam intraverunt permanensi. Regnum igitur ipsum dum adissent, Alplosuros, qui nunc Pruteni nuncupantur, in eo habitantes invenerunt, quibus deletis et expulsis accoccisis usque hodie ipsum regnum invitatis vicini possidere dignoscuntur...³⁴

¹¹ összeállít ¹² tartalmaz ¹³ kiválaszt ¹⁴ mutatvány, minta ¹⁵ kimegy ¹⁶ puszta ¹⁷ kerget ¹⁸ teljesen ¹⁹ eltűnik ²⁰ bejár ²¹ az említett ²² elbúcsúzik ²³ hogy ott lakjanak ²⁴ körülvesz ²⁵ bővelkedik ²⁶ helyváltoztatás nélkül ²⁷ sátrokban ²⁸ tanyázik ²⁹ a kürt ünnepét ülik ³⁰ özönvíz ³¹ elfog. ³² küld átkutatás ³⁴ ismeretes.



De servo stulto.

Primo vere, solutis iam nivibus herus servum suum iubet currum, qui in tabulato¹ casulae servabatur in partes suas dissolutus² ad excurrendum³ praeparare. Hora peracta redit servus currum ad excurrendum promptum⁴ esse indicans. «Itaque fac, iungas⁵ equos curru» iubet dominus. «Rus ut irem, iam heri constitueram.» Servo eodem vestigio manente taciteque oculos in dominum convertebante herus: «Quid stas?» inquit. »Iungito equos curru, sicut tibi praecepi!» «At qui hoc faciam?» respondet tandem servus. «Equi in tabulatum ascendere nequeunt, equidem vero currum ibidem in tabulato composui...»⁶

Mathias Gombos
disc. cl. VI. gymn. Agriensis.

Fabella de Francisco Liszt.

Franciscus Liszt Petropoli in domo imperatoris Russorum concentum⁷ edidit.⁷ Inter symphoniam imperator Nicolaus cum vicino suo sermones⁸ caedebat.⁸ Confabulatione⁹ perturbatus immodica¹⁰ artifex symphoniam statim interrupit.¹¹ Orto nunc tumultu imperator ad artificem se convertit interrogavitque quid causae esset, cur concentum interrumperet. Inclinato corpore Liszt blande, tamen cum dignitate quadam in voce: «Te, Imperatore loquente» inquit «omnia obmutescant oportet.»

Georgius Weiszkrön
disc. VI. cl. gym. r. Debrecinensis.

Animosus Romanus.

Dum Romae terra movetur, rimas¹² agunt¹² muri turresque labant,¹³ quidam Romanus: «Cur tremis, ait, terra? Desinas, velim, timere. Nolo tibi iniuriam inferre!»

Ludovicus L'Eplattenier
disc. VII. cl. gym. realforis Budapestinensis reg. II. univ. cath.

¹ padlás ² szétszedve ³ kikocsizik ⁴ kész ⁵ befog ⁶ összerak ⁷ hangversenyek ⁸ mindenfeléről beszélget ⁹ fecsegés ¹⁰ túlhangos ¹¹ félbeszakít ¹² hasadózik ¹³ inog.

Oppidum sepultum. (7)

Scripsit: Győző Morvay dr.
In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

9. Decius domum Pansa visit.

Domus Pansa oblonga¹ quattuor viis: Modesti, Mercurii, Fullonica, Lavationis continebatur.² Huiuscmodi domus viis undique cincta a Romanis insula appellata est.

Domus est cenaculata.³ Plano pede⁴ tabernae, in tabulato⁵ fenestrae sunt. In tabernas et in tabulatum ex interiore parte domus intrari potest. Publicum tantummodo fenestrae tabernarum spectant, quarum in foriculis⁶ demissis merces exponuntur. Supra demissas foriculas velum expanditur, quo merces a calore solis et pluvia defendantur. Tabernarius⁷ intus sedet.

A via Lavationis introit in domum, quod est apertum vestibulum. Ianua, quae est in interiore vestibuli, cardinibus vertitur et plerumque clostello⁸ clauditur. In lithostroto⁹ liminis hoc verbum amicum est impositum: Salve!

Per ianuam in ostium intratur, ubi in cella ostiaria ianitor seu ostiarius cum cane custode habitat. Ianitor habet baculum, quo ignotis hospitibus venientibus interdum canes effrenatius se gerentes¹⁰ castiget.¹¹

Quodam die adolescentes Pansam viserunt.

— Estne Pansa intus? — interrogat Cornelius.

— Nunc ipsum in peristylo cum amicis se oblectat — respondet ianitor.

Ex ostio in atrium veniunt. In tecto lacunato¹² foramen quadratum, id est impluvium, sub quo compluvium seu alveus marmoreus est, in quem de tecto pluvia manat.¹³ Aqua e compluvio tubulis¹⁴ subterraneis in culinam et hortum derivatur.¹⁵ Ab utraque parte in cubiculis lecti lapidei aut lignei aut aenei¹⁶ sunt. Item et dextra et sinistra parte atrii singulae alae apertae sunt, ubi dominus clientes et amicos excipit.

In atrio adolescentes excipit atriensis,¹⁷ ut eos adesse domino nuntiet.

Dum adolescentes cum atriensi colloquuntur, Pansa per fauces,¹⁸ quae sunt post atrium, e peristylo obviam eis venit. Dextra

parte faucium tablinum, iuxta illud est triclinium.

In tablino dominus negotia expediret et archivum¹⁹ asservat. In eius parietibus pendet armaria,²⁰ in quibus sunt imagines cereae maiorum. Circum armaria rami stemma²¹ significant.

Triclinium est minus conclave cum mensa marmorea, sedibus, lectis.

Per fauces, quae sunt utraque parte tablini, in peristylum itur. Hic est liber locus, in quo dominus cum familia libentissime moratur. In medio est piscina sedecim columnis circumdata; in ea foramen rotundum, ex quo aqua in altum emicat.²² In piscinae lateribus herbae aquatiles²³ piscesque picti, circa piscinam flores sati sunt. In cubiculis, in quae e peristylo itur, dominus eiusque familia habitat. Culina quoque iuxta peristylum est. Posteriore parte est oecus, magnum cenaculum, dextra parte aliud triclinium. In apotheca²⁴ triclinii, quae est iuxta culinam, vasa coculaque²⁵ habentur utensilia.²⁶ Ex uno peristyli cubiculo per portulanam in publicum²⁷ exitur. Hac discedit dominus, si quis non acceptus venit.

Circa peristyli parietes opaca²⁸ loca scamanque sunt. Peristylum non est tectum.

Oecus ad convivia in usu est. Ut atrium et peristylum, oecus quoque pulchris imaginibus ornamentisque decoratus est.

Faucibus, quae sunt iuxta oecum, in hortum intratur. In xysto²⁹ trichilae,³⁰ areae floribus consitae,³¹ signa sunt.

In tabulato sunt cubicula feminarum et cenacula,³² in quibus inquilini³³ seu pauperiores cives pro mercede habitant.

— Quam pulchram domum habes! — ait Decius, cum in trichilam venissent.

— Satis inornata³⁴ — respondet Pansa. — Nam sunt Pompeis domus etiam multo pulchriores. Ut exemplo utar, in via Laby-

¹ hoszukás ² határol ³ emeletes ⁴ földszintes
⁵ emelet ⁶ ablaktábla ⁷ boltos ⁸ lakat ⁹ mozaik
¹⁰ rakoncátankodó ¹¹ rendreutásít ¹² kockás meny-
nyezetű ¹³ csurog ¹⁴ cső ¹⁵ elvezet ¹⁶ ércből való
¹⁷ házmester ¹⁸ az atrium mögötti folyosó ¹⁹ levéltár
²⁰ szekrény ²¹ családfa ²² szökik ²³ vizi ²⁴ kam-
rácska ²⁵ főzödedény ²⁶ használati ²⁷ utcára ²⁸ ár-
nyas ²⁹ fedetlen oszlopsíkátor ³⁰ lugas ³¹ virágagy
³² felsőemeleti szobák ³³ lakó, bérliő ³⁴ egyszerű.



rinthi est Fauni domus, quae duo atria habet, in ala est opus museum,³⁵ quod novi, pulcherrimum. Aureolae columbae margaritas³⁶ lino insertas³⁷ e loculis³⁸ extrahunt. In pavimento unius triclinii Acrastus, comes Bacchi admisso panthere³⁹ vehitur, in altero triclinio litus cum piscibus et conchis⁴⁰ videatur. Ibi videoas pugnam Alexandri Magni cum Dario tessellatam:⁴¹ victor Alexander cum equitibus Darium curru fugientem assequitur. Rex Persarum in Oxathrem fratrem se spectante occisum declinat, ut eum allevet; tum assilit Alexander, cuius ex capite in proelio vehementi galerus decidit. Hoc est lithostrotum, quod adhuc vidi, mirabilissimum.

— Quomodo tale opus — quaerit Decius — his lapillis componi potest?

— Hoc perfacile factu est — respondet Cornelius. — Cum domus L. Labeonis super mortui aedificaretur, rem penitus⁴² intervisi.⁴³ In lēvi solo⁴⁴ crusta⁴⁵ ex farina lateris⁴⁶ subtili perfunditur. Dum crusta mollis est, lapilli colorati imponuntur. Crusta, quae vocatur opus Signinum, durescit⁴⁷ et tamquam marmor, firmum est et lapillos in aeternum continet.

— Nempe tales imagines pulchrae — pergit interrogare Decius — sunt in omnium domorum parietibus?

— Ferme⁴⁸ in omnibus — respondet Pansa. — In atrio quaestoris columnato⁴⁹ Fortuna dea cum corbe picta est. Ibi Apollo lyram manu tenens, Saturnus falcifer, Iuppiter coronatus videntur. In tablino quaedam res ex bello Troiano pictae sunt. In peristylo Baccha cum crepitaculo⁵⁰ saltat, Perseus liberat Andromedam, Medea liberos suos concidit, pumilio simium⁵¹ saltare⁵² cogit.⁵²

— In domo Orphei — interfatur Publius — in pariete Orpheus sedet, chlamys⁵³ ab umeris usque ad pedes defluit;⁵⁴ ipse lyra novem chordarum canit. Ad pedes eius leones, pardi,⁵⁵ tigris, aper, cervus, lepus dulcissimo cantu mitigati videri possunt. Saxa fere moventur et rivus currens consistit.

— In domo L. Labeonis — ait amicus quidam Pansa — Achilles Briseidem Agamemnoni tradens, Iuppiter et Iuno in Ida monte nuptias⁵⁶ celebrantes picti sunt.

— Haec sane pulchra sunt — ait aliquis — mihi tamen maxime placet in domo Lucretii, quae est in via Stabiana, imago in pariete atrii picta, qua Chiron centaurus Apollinem lyra canere docens repraesentatur. In alia imagine Neris equo admisso vehitur; Narcissus, pulcherrimus adolescens suam in in rivo faciem conspicit. Haec sane omnia pulchra sunt.

— Quaenam imagines sunt in ea domo, cuius possessor non ita dives est? — interrogat Decius.

— Tamen ibi quoque parietes expinguntur. Pro imaginibus columnae, gradus, serta florrum, aquae salientes, templa, bestiae gramina carpentes, poma in parietibus pinguntur.

— Diune hae picturae durant?

— Edepol in aeternum durant, quia mortarium⁵⁷ farina calcis⁵⁸ et marmoris subtili miscetur. Quod dum madet,⁵⁹ imago pingitur; postea colores ita in pariete assicescunt,⁶⁰ ut ne aqua quidem elui⁶¹ possint.

— Tam multa ego — inquit Decius — et pulchra iam vidi Pompeis, ut eam non solun foris, sed etiam intus pulcherrimam civitatem esse dicere coactus sim.

— Nunc iam, — ait unus ex amicis — carissime Pansa, da veniam,⁶² quod abibimus.

— Nos quoque discedemus — inquit Cornelius.

— Vos quo ibitis? — interrogat Pansa adolescentes.

— Oppidum circumibimus.⁶³

— Valete! — ait Pansa.

³⁵ mozaik ³⁶ gyöngy ³⁷ zsinórra fűzött ³⁸ szekrényke ³⁹ párduc ⁴⁰ kagyló ⁴¹ rakatos, mozaik ⁴² alaposan ⁴³ megnéz ⁴⁴ talaj ⁴⁵ vakolat ⁴⁶ téglapor ⁴⁷ megkeményedik ⁴⁸ majdnem ⁴⁹ oszlopos ⁵⁰ csörgődob ⁵¹ majom ⁵² táncoltat ⁵³ görög bíborköpeny ⁵⁴ leomlik ⁵⁵ párduc ⁵⁶ lakodalom ⁵⁷ vakolat ⁵⁸ mészpor ⁵⁹ nedves ⁶⁰ megszárad ⁶¹ lemos ⁶² megboċsáss ⁶³ körülnéz.

Profunda supra nos altitudo temporis¹ veniet. Pauca ingenia caput exserent² et in idem quandoque silentium abitura oblivioni resistant ac se diu vindicabunt.³

¹ az idő mély árja ² kiemel ³ magát megmenti.



Icosa.

Nonnulli rustici aspiciebant, quomodo nobiles equites fossam transilirent.

— Quam pulchre — ait unus — salit equus ille russeus.¹

— Ne flavus² quidem remanet.

— Tamen ille spadix³ ambos superat.

— Desistite⁴ — interfatur eques stipendia emeritus.⁵ — Ego habui equum murinum,⁶ qui paeclare salire poterat.

— Quid? — ait unus, — an tu equo admisso⁷ in arcem aliquam insiluisti?⁷

— Ne iocare⁸ — ait eques, — nam ne decimus quidem nepos tuus talem equum habebit.

— Dic ergo, quomodo murinus ille saluerit.

— Quomodo? Olin cum in Italia hostes agitaremus, ego ipse solus vehementer vestigiis eorum instabam.⁹ Rivus obstabat; insilui. Cum iam murinus volaret, animadvertisi non rivum, sed latum flumen esse. Murinus iam supra medium fere flumen volabat.

— Nonne ibi murinus tecum in aquam cecidit?

— Non ita; sed cum latum flumen transiliri non posse vidarem, repente habenas retraxi. Murinus in aëre se convertit et ludibundi¹⁰ in ripam citeriorem revolavimus.

*

Inter duos rixantes astitit rusticus, qui tamen ita ab eis mulcatus est,¹¹ ut medium adire coactus esset.

— Estne laesum istius cerebrum?¹² — quaerit medicus ex muliere.

— Nullum iste cerebrum habet.

— Quid ita?

— Si habuisset, non inter rixantes astitisset.

V. Fehér.

¹ sárga ² fakó ³ pej ⁴ hagyjátok el ⁵ kiszolgált
⁶ szürke ⁷ beugrat ⁸ tréfál ⁹ sarkában van ¹⁰ baj
nélküli ¹¹ megver ¹² agyvelő.

AENIGMATA.

I.

- 4, 8, 6, 9, 5, 9 = actus currendi
3, 5, 6, 9, 8, 1 = adverbium
3, 2, 1, 8, 9 = filius Martis dei
3, 7, 9, 5, 9 = cachinnus
7, 6, 7, 9 = nuntia Junonis
1—9 = deus Romanorum

II.

1	2	N	3	R	4	5
8	S	☒	P	☒	7	N
L	☒	8		S	☒	
9	10	☒		☒	11	
12			A			
18	A	☒		☒	14	T
D	☒	15	H		☒	
16	17	☒		☒	18	U
91	U	E		U		

Series directae: 1. dea ingeniorum et disciplinarum praeses; 6. pron. dem.; 7. praepositio; 8. a. v. facultas, nervi, efficacia; 9. in notis praenominum valet: Tiberius; 11. con. cond.; 12. adi. ad Ulyssem et Ithacam pertinens; 13. littera prima alphabeti duplicita; 14. sibilus, quo utimur silentium indicentes; 15. interiectio vocantis, excitantis etc.; 16. con. copulativa; 18. pron. pers.; 19. qui in superiori parte positus est.

Series libratae: 1. dux clarus Atheniensium; 2. pron. demonstrativum; 3. pars Antiochiae in Syria; 4. a. v. potentia, virtus in abl.; 5. cognomen Romanum; 10. adv. similitudinis; 11. animal domesticum; 17. pron. pers.; 18. pron. pers.

G. Weiszkron,
disc. cl. VI. gymn. r. Debrecinensis.

Solutiones aenigmatum numeri VI.

I. Series directae: 1. lis, 3. Tomi, 5. Ubii, 8. abibo, 9. ture, 11. rare, 13. sopor, 14. osori, 16. Nepal, 19. thura, 22. sani, 23. raro, 24. utram, 25. assa, 26. nota, 27. sui. Series libratae: 1. liberalitas, 2. subrostrani, 3. tuto, 4. Maro, 6. boas, 7. iter, 10. upupa, 12. robur, 13. sin, 15. ita, 17. esca, 18. anus, 20. hamo, 21. rota.

II. Utica, Luna, uva, Salamis, Ancus Martius, Crassus, Pellene, Serapis. Una salus victis nullam sperare salutem.

Aenigmata recte dissolverunt: Clara Behyna, Magdalena Fajcsék, Mathias Gombos, Livia Halász, Helena Kaluza, Eug. Keller, Adrienne Komporday, Laz. Lów, Marianna Renner, Georgia Szilvássy, Magd. Zarka. — Praemium Mathiae Gombos et Helenae Kaluza sorte obvenit.

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR.
Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
ad quem epistulae et manuscripta mittantur.
Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praes: IOANNES KISPARTI DR., elnök.)